

Joannes Dantiscus orator, Petro Tomi:
cio regni vicecancellario.

Tom. VII. p. 108

22

Reverendissime in Christo pater et domine
domine gratiosissime. humillimam servitio:
rum commendationem. Novissimis literis do:
minationis vestrae reverendissime respondi,
non tamen quantum opus fuit. Credeba
enim ex nova civitate alium tabellarium
futurum, quod non evenit, proinde de bre:
vibus me expediam. Gratum mihi est plu:
rimum propter navigationem, quam in re:
ditu facturum sum, quod maiestas regia
animum induxit, ut rebus id exigentibus,
hoc tempore ad oscula pedum non pro:
cumbamus. Postquam rediero, sicut in Deum
confido, ista congratulatio, et si quid se
aliud offerret, quod maiestas regia agen:
dum censebit, satis oportune confici poterit.

De Ludovico Devis qua ad me perscripsit
illi referam. Non poterit nisi molestissime fer:
re, quod iste Andreolus hanc moram com:
miserit, cum ipse alias solitus sit diligen:
ter et fideliter servire dominationi vestrae re:
verendissime, qua vult ut obtemperem in
rebus agendis domino collega meo et idem
cum eo sentiam, non gravatim facio et fa:
cturus sum, cum propter illius virtutem et
eruditionem, tum etiam quod cognosco me

ad

ad id faciendum obligari, neque ut spero, de
me testari aliquid poterit, et quemadmodum
scripsi in novissimis, hominem ex corde
diligio et observo, illosque fallit opinio, qui
credebant inter nos convenire non posse.

Litterae dominationis vestrae reverendissi-
mae, quae in urbe debent reddi, mea opera
ex Venetiis, illis ad quos scriptae sunt, quan-
to tutius et certius possunt, dabuntur, neque
in illis quae Venetiis et Bataviae distribui
debent, ulla mora futura est. Aliud nunc
non restat, quam quod dominatio vestra re-
verendissima, me suum servum perpetuum,
ea qua cepit gratia prosequatur, et si se
casus obtulerit, non obliviscatur. Magnificus
dominus collega meus, quem Dominationi ve-
strae reverendissime deditissimum cognovi, illi
se maximo pere commendat. Datum ex op-
pido Villach die octava Aprilis, anno Do-
mini millesimo quingentesimo vigesimo
quarto.